



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 25. Alvarus Pelagius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](#)

Sæcul. XIV. tus faciebant interdum numero quin-
A. C. 1332. genti circiter. Armati consurgebant
 contra Inquisitorem regionis Albertum
 Castellarium Dominicanum: necarunt
 quendam Parochum, a quo se illi denun-
 ciatos esse suspicabantur: & Albertum i-
 psum in castello quodam obsidebant ita,
 ut regionem relinquere cogeretur. Ca-
 put eorum erat Martinus Pastrius; qui
 naturæ divinæ cum humana conjunctæ
 mysterium, & veram Christi sub specie-
 bus Eucharisticis præsentiam impugna-
 bat. Effugerat Inquisitores, quotquot
 in Pedemontio per annos viginti fuerant:
 sed tandem comprehensum Badisius in
 carcere detinebat. Idcirco ei Papa im-
 perabat, ut illum captivum ad Albertum
 mitteret, ut is hominem cæterosque hæ-
 reticos anquirere posset, immo tormen-
 tis, si foret opus, subjicere. Dabat 6
 Julii.

§. XXV.

Alvarus Pelagius.

Inter studiosissimos Papæ Joannis XXII
 defensores contra Fratres Minores
 schismaticos fuit Alvarus Pelagius Hispa-
 nus ejusdem Ordinis Religiosus, Coro-
 nensis in Morea Episcopus a Papa renun-
 ciatus per diploma 16 Junii hoc anno
 1332 datum. Avenione die S. Mariæ ad
 Nives

Vad. to. 3.

Regest.

p. 322.

Id. Script.

p. 15.

De planttu

c. ult.

Nives 5 Augusti eodem anno absolvit **Sæcul. XIV.**
 suum opus magnum de Planctu Eccle- **A.C. 1332.**
 siæ cœptum an. 1330 in eodem loco, ubi **Bal.vit.to.1.**
 residebat ut Papæ Poenitentiarius. **De-** **p. 765.**
 dicavit illud Petro Gomesio Cardinali **Planct. l. x.**
 Presbytero de S. Praxede. **c. 13.**

Audi, quomodo ibi loquatur de Sum-
 mi Præfulis potestate! Papa toto in orbe
 habet jurisdictionem universalem secun-
 dum res sacras & profanas: et si potesta-
 tem gladii & jurisdictionis civilis debeat
 exercere per legitimum Imperatorem
 suum filium cæterosque Principes. Ac
 deinde: Papa Reges regnis, & Impera-
 torem imperio privat. Et iterum: A-
 nima corpori, res sacræ profanis sunt præ-
 ferendæ: igitur cui commissæ sunt prio-
 res, illi multo magis concredi debent al-
 teræ, quæ tantum sunt accessio. Præ- **Sup.lib.93.**
 térea Christus S. Petrum constituens **§. 55.**
 suum Vicarium non divisit jurisdic-
 nem suam, sed omnem, quam habebat,
 illi contulit, nihil hinc excipiens.

Imperatores ethnici nihil unquam ju-
 ste possederunt, si vox *justitia* theologi-
 ce accipiatur: quia, qui Deo se non ve-
 re submittit, sed opponit per cultum fal-
 si Numinis, aut per hæresim, nihil sub
 eo revera possidere potest. Igitur ethni-
 corum regna juste recepit Ecclesia, cu-
 jus erant prius, & cuius injuria fuerant
 ab illis usurpata: nam ex' jure divino ad

Histor. Ecclesi. Tom. XXII. D d Ju-

Secul. XIV. Justos pertinent omnia. Et postea:
A.C. 1333. Quisquis Imperatorum ab Ecclesia Ro-
 mana non accepit gladium, non est legi-
 time gladio usus. Propterea Constanti-
 nus S. Silvestrojus gladii restituens mor-
 strabat eo se haud legitime fuisse usum,
 cum non accepisset ab Ecclesia. Ac
 rursum: Unctio est, quæ Reges facit, &
 quam accipere nisi a Sacerdote nequeunt:
 ergo quilibet Princeps ab ecclesiastico
 Judice debet accipere sui confirmatio-
 nem, executionemque potestatis suæ.
 Ad omnes has propositiones Alvarus Pe-
 lagius divini codicis, Juris pontificii, ac
 Decretalium locos affert multos, quos
 doctis discutiendos relinqu. Atque ista
 satis indicant, quam tunc doctrinam cu-
 ria Romana tenuerit. Alvarus postmo-
 do translatus est ad Silvensem Lusita-
 niæ cathedram.

Vad. 1340.
n. II.

§. XXVI.

Michaëlis Cæsenatis epistola.

Gold. mon. Ineunte anno 1333 Michaël Cæsenas
to. 2. p. 1338. pro Ministro Fratrum Minorum Gene-
Sup. 9. 14. rali nunquam non se gerens epistolam
p. 1339. dedit inscriptam cunctis Fratribus Ordi-
 nis fidem catholicam, & regulam per vo-
 tum suscepit observantibus. Repetit
 ibi maximam partem eorum, quæ duos
 abhinc annos scripserat: sed apertius
 efferve-